

581.7481

D. A.

Differtatio Botanico - Medica  
Siftens

# RARIORA NORVEGIÆ,

Quam

*Conf. Nobiliss. & Experientiss. Fac. Med Ups:*

## Præside

*Viro Illustrissimo*

# D. D. CAROLO à LINNÉ,

EQUITE AURATO DE STELLA POLARI, S:Æ R:Æ. M:IS ARCHIATRO, MED. ET  
BOT. PROFESSORE REG. ET ORD. ACAD. SCIENT. PARIS. UPS. HOLM.  
PETROP. BEROL. IMP. NAT. CUR. LOND. ANGL. MONSP. TOLOS. FLOREN.  
EDINB. BERN. NIDROS. CELLENS. MEMBERO,

Pro Gradu Doctoris

Publice Ventilandam offert

## HENRICUS TONNING, NORVEGO - NIDROSIENSIS

*Philosophiæ Baccalaureus.*

*In Auditorio Carolino Majori*

*Die 27 Februarii 1768.*

H. A. ET P. M. S.



581.7481  
75

---

UPSALIÆ,

LITTEBIS JOHAN EDMAN, REG. ACAD. TYPOGR.

Chas. W. Richmond

QK.  
99  
N8  
L56  
1768  
SCHIBER

Deres Kongelige Høyhed

Swerrigs, Gothers og Wen-  
ders ꝛ. ꝛ. ꝛ.

Kron-Prindsesse

SOPHIA

MAGDALENA,

Föd Kron-Prindsesse til Dannemark  
og Norge ꝛ. ꝛ. ꝛ.

# Durchleuchtigste, Naadigste Brindsese!



or Eders Kongelige Høyheds Bødder nedlegger jeg  
allerunderdanigst nærværende Academiske Afhandling om  
mit Fæderneland Norge, dets væpner og deres Nytte i Medicinen.

Man:

Mange Karsfager have vel brevet mig til en saadan høy = driftig Forvo-  
venhed , men i får den Høyst = lovlige Ghukommelse af **Deres**  
**Kongelige Høyheds** Høyst = Salige Herr Fader **Kong FRI-**  
**DERICH Den Femte** , og nu Regiärende Herr Broder vor  
Allernaadigste Konge , **Kong CHRISTIAN Den Syvende** ,  
Hvilke Begge have viist den allerådelmodigste Omhu for Videnska-  
bernes , og fornemmelig for Natural - Historiens Forfremmelse i Dan-  
nemark og Norge ; paa det at de der i Mørket forud liggende Na-  
turens Dyrebareste Skatter maatte dog engang komme for Lyset , og  
Deres u = beskrivelige Nytte i Oeconomien og Medicinen vorde bekiendt =  
gjordt , en Høy = Kongelig Naade , som enhver Dansk og Norsk ey  
kan andet end priise og berömme paa det allerhöyeste. Hvilken Mate-  
rie kunde jeg vel derfor bedre udvälge til en Academisk Afhandling  
end denne ? og til hvilken anden Skulde jeg vel heller kunde Dedicere  
den samme end til **Deres Kongelige Høyhed** ? allerheldst  
esterdi jeg nu er den förste af **Eders Kongelige Høyheds**  
sorrige Undersaattere , der siden **Eders Kongelige Høyheds**  
Høyst = velsignede Ankomst her til Niget haver studeret ved dette A-  
cademie.

**Durchleuchtigste , Naadigste Prindsesse !** jeg beber  
allerunderdanigst , at dette mit ringe Pröve = Skrift maae i Naade op-  
tages , og dernest forönsker jeg paa det allerinnerligste , at den Aller-  
Höy =

Höy =

Højeste GUD, som hidindtil haver styret og ledsaget **Eders Konge-**  
**lige Høyhed** i ald Guds frygt og Høy = Kongelige Dyder, ogsaa  
herafter fremdeles vil forlene Sin Naade til de sammes udbøvelse, samt  
velfigne og forlånge **Eders Kongelige Høyheds** Leve = Tid  
til **Hans Kongelige Høyheds** Fornøjelse, heele Nordens Glæ-  
de, og Rigets almindelige Lyksalighed. I dette troeste Ønske har jeg  
den Naade at være

**Durchleuchtigste / Gaadigste**  
**Brindse!**

**Eders Kongelige Høyheds**

Upsala, d. 20 Febr.  
1768.

Allerunderdanigste Tjener  
**HENRICH TONNING.**



CAP. I.

HISTORIA LITERARIA.

§. I.



*Tempora mutantur, nos & mutamur in illis.*  
Verissimum illud antiquioris ævi ef-  
fatum nullus negabit; nam experien-  
tia optima rerum magistra satis super-  
que docet, tempora & cum illis o-  
mnia multigenas vices subire. In u-  
niversam rerum naturam si fugitivos tantummodo, non  
dicam lynceos convertas oculos, nil firmum aut stabile  
deprehendes. Montes subsidunt, insulæ emergunt, mare in  
terram & terra in mare transformantur; quin immo ho-  
mines ipsi qua mores, vitæ genus & alia quotidianis  
fere mutationibus sunt subiecti. Quum *Carthago* urbs o-  
lim

lim Tunetana & ferocissima de fortitudine sua, de artibus scientiisque ampullas projiceret & sesquipédalia verba, Nostri ad extimas septentrionis oras plane rudes atque inculti omnes, quos poterant, spoliabant & piraticam exercebant. Quum *Roma* totius orbis Domina unicuique genti leges præscriberet, crassissima ignorantia in septentrione regnavit; sed longum temporis *Sp* ~~sp~~atium scenam demum mutavit, ut res longe aliter nunc sese habeant. Illi qui Tunetanas hodie inhabitant Regiones, summi jam barbari sunt & piratæ, quum e contrario in boreali nostra plaga clarior lux affulserit, qui radiis coruscantibus maximam fere illuminat orbis partem. Pari modo scientiæ quoque suum circulum habent & suam periodum, qua & augentur & minuuntur. Causas Illustrissimus Noster SUMMIUS in *Historia sua literaria*, quæ in *Actis Nidrosiensibus* legitur, tam evidenter illustravit & tam erudite, ut summam sui admirationem cuivis injecerit. Meum non est omnium heic loci scientiarum fata percurrere, proverbii satis memor: *Extra oleas ne vageris*, sed impræsentiarum apud animum unice statui, mentionem quandam facere de *Medicinæ* vel ejus *Filiarum* progressu novissimis hisce temporibus in patria mea NORVEGIA, quam ad orientem Alpes altissimi obtegunt, qui perpetua nive vestiti nubes minitari videntur, & ad occidentem Oceanus septentrionalis profundissimo suo abyssu alluit, ut inter hæc duo opposita inclusa quasi jaceat. Heic ubi nulla ab antiquissimis retro temporibus Regia fuit & nulla unquam Academia, scientiæ multo tardius radices suas figere ac propagari cœperunt, & si interdum unus vel itidem alter alacritatem ingenii sui in medium protulit, radios ejusdem dispergere valde difficile fuit, quum nullas, quas licet adire, Bibliothecas publicas habeamus.



§. II.

Circa medium seculi proxime præterlapsi ornatis-  
simos Artis Machaoniæ Coryphæos simul fere & semel  
DANIA produxit, *Bartolinus* nempe, *Borrichium*, *Wor-  
mium*, *Stenonem* & *Simonem Pauli*, ut *Kyllingium*, *Bur-  
serum* nec non *Fuirenum* Botanicorum sui ævi in Patria  
Principes, aliosque de Re Medica optime meritos o-  
mnino conticeam: verum enim vero, proh dolor! ful-  
gentissimis hisce sideribus patriæ subductis, universa quo-  
que ibidem Lux Medicinæ plane fuit extincta, & tale  
salutaris hujus Artis fatum continuavit, usque dum cur-  
rentis seculi *Viri longe celeberrimi ac Professores Buchwal-  
dus* puta & *Frisius*, præsentia Patriæ Decora, scientiam  
hancce restaurare ac de novo propagare summo cum  
successu conati sunt, ne *Bingium* nostrum jam rebus  
humanis ereptum silentio prætermittam.

§. III.

Scientiæ plurimæ ex Imperantium nutu favoreque  
& oriri & crescere solent. Defunctum nostrum *Beatis-  
sime Memorie Regem FRIDERICUM QUINTUM*, ut  
& *Clementissimum ac Gloriosissimum CHRISTIANUM SEP-  
TIMUM* jam jam scepra tenentem, quibus in Dupli-  
ci suo Regno scientias non tantum fovere, verum etiam,  
quantum possibile, promovere curæ cordique fuit, ver-  
bis non satis adorare valemus: Illorum liberalitas ve-  
re Regia fecit, ut *Conchyliologiam Regensfusi*, *Insecta Schæf-  
feri* & *Floram Danicam Oederi* orbi erudito communi-  
care possimus, opera præstantissimis iconibus sculpta &  
vivacissimis coloribus illuminata. Præterea quoque *ma-  
gna illa Expeditio* nonnullis abhinc annis facta, quum  
*Dn. Prof. von Haven*, *Dn. Forskåbl Professor Havniensis*  
& natione *Svecus*, it: *Dn. Subcenturio Niebubr* una cum  
*Medicinæ Doct. Cramer* & *Pictore Dn. Pfauenfeind* *Ara-  
biam* mitterentur, summum munificentia Regiæ speci-

men erat, licet Deo T. O. M. neutiquam placeret propositum itineris scopum attingere; nam *Von Haven*, *Forskåhl*, *Cramer* & *Pfauvenfeind* sub itinere in Arabia ex vita migrarunt, ac *Niebuhr* solus, quantum ex publicis hujus loci relationibus conjicere potui, jam vivus Havniam rediit. Immo vero, si sermonem ulterius habere velimus de insignioribus illis, in hoc quod jam terimus ævo enatis ingeniis, quæ in plurimis Historiæ Naturalis partibus strenue defudarunt, vix ac ne vix quidem ullum in toto orbe Regnum plures melioresque sperare potest Naturæ consultos. *Dn. Prof. Kratzenstein* & *Sprengler* in *Conchyliologia*, *Dn. Prof. Ascanius*, qui pulcherrimas *Incolarum Maris* icones modo exhibuit, *Brünniche* in *ornithologia*, *Fabricius* in *Entomologia*, *Zoega* in *Muscis*, *König*, qui in Islandia ordinem *Molluscorum* & genus *Fucorum* variis novis speciebus auxit, & jam Historiam Naturalem ulterius amplificaturus Tranquebariam petiit, quin immo & *Müller*, qui *Floram Fridrichsdalensem* non ita pridem in lucem edidit, ut nonnullos alios sicco pede transeam: verum scopus iste, quem hac vice animo concepi, patriam meam *Normegiam* una cum adjacentibus insulis *Grönlandia*, *Islandia* & *Færøensibus*, provinciis totius Europæ maxime disitis, unice attingit.

§. IV.

Quum scientiæ Naturæ postremis hisce temporibus nova quasi vita obtigerit, novusque splendor affulserit, non tantum per Europam australiorem sese diffudit, sed &, quod valde mireris, ad gelidas nostras septentrionis oras penetrare non recusavit. Heic quoque ejusmodi fuere ingenia, quæ eandem non modo capere valuerunt, verum etiam ulterius dilatare ac locupletare. Omnipotens rerum opifex gratia inexhausta quamlibet regionem variis & quidem distinctis produ-  
ctis

Etis bonisque ditavit. India, Regiones temperatæ nec non Poli suis propriis gaudent accolis. *Plantæ alpinæ* ad polum borealem habitantes; *Balænæ, Aves, Pisces* ac *Vermes* ad nostra usque tempora, paucissima si exceperis, cimmeriis tenebris fuere sepulta, quæ indefessa Nostratum Cura industriaque in clarissimam scientiarum lucem protraxit. *Clusius* (in *Curis posterioribus*) *paucas* quasdam *Aves, Vermes, Zoophyta, Rubum Chamemorum & Cornum herbaceam*, quæ omnia ex Norvegia erant transmissa, erudito quidem orbi communicavit: *Simon Pauli Linnæam borealem* una cum nonnullis aliis septentrionalibus plantis primus hisce in locis invenit. *Petiverus Splachnum ampullaceum* e Norvegia & *Dillenius Saxifragam groenlandicam* cum *Muscis* nonnullis grönlandicis primi accepere, sed vix aliam de oris nostris notitiam habuerunt vetustioris ævi Botanici. Inter prima quæ nomen momenti & recensionem merentur, annumerari potest *Frid. Martens Spitzbergische Reise-beschreibung. Hamburg. 1675. in 4to.* Attentissimus iste chirurgus multas quidem *Plantas alpinas, Aves norvegicus, Pisces & alia Animalcula marina* primus detexit, sed major tunc temporis lux requirebatur, quam quæ poterat obtineri, quum Naturæ cognitio adhuc manca plane & mutila esset. *Dn. Præpositus Luc. Debes* 1. in *Insulis Færøensibus, Episcopus Egede* 2. in *Grönlandia, Jon. Ramus* 3. & *Fuivenus* 4. in *Norvegia* strenuam quidem Historiæ Naturali impenderunt operam, sed sine pyxide & mappa nautica in alto scientiarum pelago navigantes fundum rimari non poterant. Curiosissimus

A 3

Consul

- 
1. Vid. *Færøernes Beskrivelse.*
  2. Vid. *Grönlands Nye Perlustration.*
  3. Vid. *Norges Beskrivelse.*
  4. Cujus *Index Plantarum Nidrosiensium* exstat in *cista medica Thom. Bartholini.*

*Consul Hamburgensis Anderson* 5. omnia de *Islandia & Grönlandia* ab aliis collecta in unum redegit, sed regiones quas descriperat nunquam ipse videns varia attulit, quæ veritati repugnant. *Academiæ Nostræ Procancellarius ac Episcopus Summe Reverendus* jam ex vita migratus *Eric. Pontoppidan* 6. ad abditissima creationis mysteria denu-  
danda sancto quidem zelo impulsus est, sed aliorum & quidem sæpius, proh dolor! falsæ relationes interdum se irreperunt, quum reliquæ scientiæ & permagna officii munera Auctori Doctissimo ad intimos Naturæ mæandros penetrare nequaquam permetterent. Non multi effluxere anni, quibus Historia naturalis in regione nostra pleno lumine claruit; nam nuperrime acutissima quædam ingenia proprio Marte & sine ullo Viæ ductore (quod in hac ut in omnibus reliquis scientiis summam quidem laudem meretur, sed tardiores facit progressus) Scientiam hancce familiarem sibi reddere occoeperunt, qua *Nobiliss. Dn. Præses* totum fere universum illuminavit, ut omnes quotquot sunt, si modo avide appetant, & ad ora & ad scripta Illius pene Divina facem suam tanquam ad lucernam accendere queant.

§. V.

Inter acutissima ista, quæ jam dixi, Nostratum ingenia primarium locum optimo jure meretur *Summe Reverendus ac Doctissimus Dioeceseos Nidrosiensis Episcopus Doct. JOHANNES ERNESTUS GUNNERUS*, qui famam per totum literarum orbem extendit, & immortale suum Nomen ad omnem posteritatis memoriam consecravit, non solum variis suis *Scriptis Philosophicis* a cunctis ubi-  
vis Literatis summo in pretio habitis, verum etiam *Scriptis Theologicis* profundissimam sacri codicis eruditio-  
nem

5. Vid. *Nachrichten von Island und Grönland.*

6. Vid. *Norges Naturlige Historie.*

nem testantibus, cujus rei exemplo inservit *Theologia Ejus Dogmatica*, quæ tanti æstimata est, ut ad nonnullas orthodoxas *Germaniæ Academias* & præsertim ad *Iensensem* in Auditoriis summa cum laude prælegatur. Ille Theologo haud indignum judicavit Sapientissimum & omnipotentem Mundi conditorem, Naturam observando, cognoscere, sed & rerum creatarum multiplicem ac summe necessarium usum in Oeconomia Divina humanaque nec non in Arte nostra Apollinea prævidens, *Historiam Naturalem* assidua sua sedulitate brevi temporis spatio ad fastigium satis amplum elaboravit: quo facto *Regiam Societatem Scientiarum Norvegicam* Ao. 1761 *Nidrosiæ* deinceps fundavit, quæ jam diu *III. Tomos Actorum* in apricum protulit, & *IV.* forsan *Tomus* nunc quoque prelum reliquit. *Floram* etiam *Norvegicam* observationibus medicis & oeconomicis locupletatam *Nidrosiæ 1766. in Fol. c. fig.* edidit. Omnes præterea sibi subiectos clericos quotidie excitat, horis succisivis & a cura animarum vacuis, quævis obvia Naturæ Miracula barbaris Monachorum oculis non contemplari, sed admodum exacte attendere ad Sapientissima ista Divini Numinis Mysteria.

§. VI.

Locum secundum, post Summe Reverendum Virum Episcopum nostrum *Gunnerum*, jure meritoque obtinet *Venerabilis Pastor Dn. JOH. STRÖM*, qui *Descriptionem Præfecturæ Søndmôrviæ* 1. in *Dioecesi Bergensi* publico communicavit. In hac sua descriptione *Regionis situm, Plantas, Animalia, Aves, Pisces, Agriculturam, Pastoritiam, Navigationem, Piscaturam, Mores Incolarum &c.* magis dilucide

---

1. Hæc Descriptio danico idiomate facta pro titulo habet: *Physisk og oekonomisk Beskrivelse over Fogderiet Søndmôr, beliggende i Bergens stift udi Norge, Cum Fig. Sørde, 1762, vol. II. in 4to.*

dilucide explicat, quam qui opus non viderit, persvasissimum sibi haberet. Præterea nec quoque hoc in loco JOH. G. KÖNIGIUM, de quo antea memini, silentio prætermittere debeo, qui in *Islandia* ante duos, vel quod forsan excurrit, annos incomparabili studio recondita terræ munera eruens rigidissimo subjecit examini. Apud *Nobiliss. Dn. Præsidentem* ipse vidi compluria ista *Mollusca*, quæ Ille primus in lucem protraxit, nec non numerosissimos *Fucos* Hominibus vel Bobus, Equis vel Suibus pro alimento inservientes; quid! quod tinctorios & Venenatos, qui omnes in *edit. XII. Systematis Naturæ* breviter enumerantur, & Cujus observationes *Nobiliss. Dn. Præsides* tanti habuit, ut in sempiternam Illius memoriam herbam quandam, a nullo unquam Botanico in toto globo terraqueo antea visam, & ab Illo in *Islandia* primo detectam *Königiam* appellare obstrictum sese teneret. Ad ultimum commemorare heic quidem nolo, sed tamen omnino conticere non possum, *Aves* istas ac *Animalcula marina*, quæ *Dn. Martin* navi *Ivecana Spitzbergam* vectus collegerat. *Aves* ejus in *Act. Acad. Reg. Scientiar. Holmens.* descriptæ habentur, & *Vermes Faunam Svecicam* vel *Systema Naturæ* auferunt.

## CAP. II.

# VEGETABILIA.

### §. VII.

*Plantæ Norvegiæ* plurimæ vulgares in *Svecia* sunt, quum *Norvegia* & *Svecia borealis* eandem poli habeant altitudinem. *Alpes Lapponicæ* *Norvegiam* a *Svecia* ita sejungentes, ut occidentales ad *Norvegiam*, orientales vero ad *Sveciam* pertineant, propriis quidem magna ex parte plantis superbiunt, sed iisdem quoque, quantum conjectare

conjectare licet, utrisque Regnis communibus. Mare septentrionale, versus meridiem Bahusiæ quidem litora in Svecia affluit, atq; occidentem versus Norvegiam profundissimo suo abyſſo incarcerat, veluti nubilæ Alpes ad orientem.

§. VIII.

Inter *Plantas NORVEGICAS*, quæ vix vel nunquam spontanæ in Svecia viſæ ſunt, ſequentes ut principales annumero.

*Galium trifidum*. Oed. fl. dan. t. 48.

*Ilex aquifolium*. Ström. ſöndm. 99. in inſulis.

*Pulmonaria maritima*. Oed. dan. t. 25. Gunn. fl. norv. p. 14.

*Primula integrifolia*. Oed. dan. t. 188. Gunn. norv. 61.

*Gentiana purpurea*. Oed. dan. t. 50. Gunn. norv. 46.

*Bunium Bulbocastanum*. Oed. dan. t. 220. Ström. ſöndm. 78.

*Tamarix germanica*. Oed. dan. t. 234. Gunn. norv. 61.

*Erica cinerea*. Oed. dan. t. 38.

*Sedum villoſum*. Oed. dan. t. 24.

*Sorbus hybrida*. Ström. ſöndm. 83. valde rara in Sveciâ.

*Potentilla aurea*. Oed. dan. t. 114.

*Papaver nudicaule*. Oed. dan. t. 41.

*Ranunculus platanifolius*. Oed. dan. t. 3. Ström. ſöndm. 117.

ſecundum figuram Oederi hæc planta *Ranunculus platanifolius* & non *Ranunc. aconitifolius* eſſe videtur.

*Digitalis purpurea*. Oed. dan. t. 74. Gunn. norv. 54. Ström.

ſöndm. 85.

*Vicia caſſubica*. Oed. dan. t. 98.

§. IX.

*Plantæ nonnullæ ISLANDICÆ* a Clariff. Dn. Kö-  
nigio Fucis exceptis, de quibus inferius dicam, primo detectæ & rariffimæ.

Königia *islandica*. S. N. 104.  
 Gentiana *campestris*. β. S. N. 200. Varietas tenerior.  
*ciliata*. β. S. N. 201. absque ciliis.  
 Lichen *gelidus*. S. N. 709.

§. X.

*Plantæ ALPINÆ* permultas Botanicis ob iconum exactarum defectum crearunt molestias, quia plurimæ secundum exemplaria sicca pictæ & exsculptæ sunt; nam omnino non bene succedit in lapponum tentoriis commorari, ubi fumus, vis venti & Culices quovis fere momento Botanicum infestant, nec cujuslibet præterea ope, ut plurimum tenues, Pictoribus secum ducendis & persolvendis sufficiunt: igitur REGI Nostro CLEMEN-  
 TISSIMO præconia satis digna tribuere nunquam valemus, qui *Celeberr. Dn. Prof. Oedero* Pictorem in itineribus *Regiis suis Impensis* adstipulatus est, quo figuræ omnes evaderent quam accuratissimæ, & hac de causa sequentes jam *Plantas alpinas*, in *Flora Danica* optime figuratas & coloribus vere nativis illuminatas, accepimus.

Diapensia	<i>lapponica</i> t. 47.	<i>stellaris</i> . t. 23.
Primula	<i>integrifolia</i> t. 188.	<i>nivalis</i> . t. 28.
Azalea.	<i>procumbens</i> . t. 9.	<i>oppositifolia</i> . t. 34.
Gentiana	<i>purpurea</i> . t. 50.	<i>aizoides</i> . t. 72.
	<i>nivalis</i> . t. 17.	<i>Hirculus</i> . t. 200.
Sibbaldia	<i>procumbens</i> t. 32.	<i>cernua</i> . t. 22.
Juncus	<i>glomeratus</i> . t. 270.	<i>rivularis</i> . t. 118.
	<i>trifidus</i> . t. 107.	<i>biflora</i> . t. 12.
	<i>biglumis</i> . t. 120.	<i>alpina</i> . t. 65.
	<i>triglumis</i> . t. 132.	<i>Cerastium</i> <i>alpinum</i> . t. 92.
Rumex	<i>digynus</i> . t. 74.	<i>Potentilla</i> <i>aurea</i> . t. 114.
Andromeda	<i>cærulea</i> . t. 57.	<i>Dryas</i> <i>octopetala</i> . t. 31.
	<i>hypnoides</i> . t. 10.	<i>Thalictrum</i> <i>alpinum</i> . t. 11.
Arbutus	<i>alpina</i> . t. 73.	<i>Ranunculus</i> <i>glacialis</i> . t. 19.
Saxifraga	<i>Cotyledon</i> . t. 241.	<i>Bartzia</i> <i>alpina</i> . t. 43.
	<i>cespitosa</i> . t. 71.	<i>Pedicularis</i> <i>Sceptrum</i> . t. 26.



	<i>hirsuta.</i> t. 30.	Serratula	<i>alpina.</i> t. 37.
	<i>lapponica.</i> t. 2.	Erigeron	<i>uniflorum.</i> t. 292.
Draba	<i>alpina.</i> t. 56.	Tussilago	<i>frigida.</i> t. 61.
	<i>incana.</i> t. 130.	Viola	<i>biflora.</i> t. 46.
	<i>hirta.</i> t. 142.	Carex	<i>atrata.</i> t. 158.
Cardamine	<i>bellidifolia.</i> t. 20.	Betula	<i>nana.</i> t. 91.
Arabis	<i>alpina.</i> t. 62.	Salix	<i>herbacea.</i> t. 117.
Astragalus	<i>alpinus.</i> t. 211.		<i>reticulata.</i> t. 212.
Sonchus	<i>alpinus.</i> t. 182.	Rhodiola	<i>rosea.</i> t. 183.
Hieracium.	<i>alpinum.</i> t. 27.	Lycopodium	<i>alpinum.</i> t. 79.

§. XI.

Hiscæ Plantis alpinis etiam nonnullas alias minus vulgares, præprimis SEPTENTRIONALES s. *frigidas*, in eadem nostra Flora perbene delineatas superaddere possum.

Cornus	<i>herbacea.</i> t. 5.	Cochlearia	<i>danica.</i> t. 100.
Scheuchzeria	<i>alpina.</i> t. 76.	Lobelia	<i>Dortmanna.</i> t. 39.
Pyrola	<i>minor.</i> t. 55.	Orchis	<i>ustulata.</i> t. 103.
Rubus	<i>Chamæmoris.</i> t. 1.	Carex	<i>filiformis.</i> t. 168.
Anemone	<i>verna.</i> t. 29.	Osmunda	<i>Struthiopteris.</i> 169.
Thalictrum	<i>simplex.</i> t. 244.		<i>Spicant.</i> t. 99.
Ranunculus	<i>repans.</i> t. 118.	Pilularia	<i>globulifera.</i> t. 223.
Ajuga	<i>pyramidalis.</i> t. 185.	Isoëtes.	<i>lacustris.</i> t. 199.
Melampyrum	<i>sylvaticum.</i> t. 145.	Lycopodium	<i>complanatum.</i> t. 78.
Linnaea	<i>borealis.</i> t. 3.	Blasia	<i>pusilla.</i> t. 45.
Limosella	<i>aquatica.</i> t. 69.	Buxbaumia	<i>aphylla.</i> t. 44.
Subularia	<i>aquatica.</i> t. 35.		

§. XII.

*Plantas* MARINAS spatiosa nostra obtegentes litæra, nimis prolixus forem, si speciatim enumerare vellem, quapropter hac vice temporis ac chartæ parcus in *Fucis primariis* recensendis unicus subsisto. Hi Fuci partim a Summe Reverendo viro Gunnero, partim a Clariss. Dno. Königio & partim a me ipso visi sunt.

Fucus	<i>ferratus.</i> Gunn. norv. 28.	<i>inflatus.</i> S. N. 715.
	<i>vesiculosus.</i> Gunn. norv. 48.	<i>ceranoides.</i> Fl. sv. 1146.
	<i>excisus.</i> Gunn. norv. 96.	<i>spiralis.</i> Fl. sv. 1147.



*canaliculatus*. S. N. 716.  
*distichus*. S. N. l. c. König.  
*nodosus*. Gunn. norv. 83.  
*filiquosus*. Gunn. norv. l. c.  
*loreus*. S. N. 716.  
*abrotanifolius*. S. N. l. c.  
*fœniculatus*. S. N. 717.  
*Selaginoides*. S. N. l. c.  
*concatenatus*. S. N. l. c.  
*aeuleatus*. S. N. l. c. D. Gunnerus.  
*lycopodioides*. S. N. l. c.  
*hirsutus*. S. N. l. c.  
*discors*. S. N. l. c.  
*Filum*. Fl. sv. 1153.  
*lanosus*. S. N. 718. König.  
*fastigiatus*. Gunn. norv. 48.  
*furcellatus*. S. N. 718.  
*palmatus*. S. N. l. c.  
*digitatus*. S. N. l. c.  
*esculentus*. S. N. l. c.  
*saccharinus*. Gunn. norv. 52.  
*sanguineus*. S. N. 718.  
*ciliatus*. S. N. l. c.  
*crispus*. S. N. l. c.  
*cristatus*. S. N. l. c.  
*alatus*. S. N. l. c.

*dentatus*. S. N. l. c.  
*rubens*. S. N. l. c.  
*vittatus*. S. N. l. c.  
*ramentaceus*. S. N. l. c.  
*plumosus*. S. N. l. c.  
*spermophorus*. S. N. 719.  
 König.  
*contervoides*. S. N. l. c.  
 König.  
*virgatus*. Gunn. norv. 45.  
 Description. & icon. vid.  
 in Tom. IV. Act. Nidr.  
*hyperboreus*. Gunn. norv.  
 34. cum. fig.  
*caprinus*. Gunn. norv. 96.  
 Icon. vid. in Tom. IV.  
 Act. Nidr.  
*bifurcatus*. Gunn. norv. l.  
 c. Icon. vid. in Tom. IV.  
 Act. Nidr.  
*ovinus*. Gunn. norv. l. c.  
 Icon. vid. in Tom. IV.  
 Act. Nidr.  
*pinnatus*. Gunn. norv. l. c.  
 Icon. vid. in Tom. IV.  
 Act. Nidr.

### § XIII.

Præter hæc jam memoratas Plantas spontaneas nec  
 omittere possum *Fructus nonnullos americanos*, qui ad o-  
 ras nostras maritimas quovis fere anno rejiciuntur. Hi  
 omnes à *Summe Reverendo nostro Gunnero in Act. Nidr. T.*  
*II.* exquisitè descripti aut per oceanum, quo via ex ~~Am~~  
 merica patet, aut & interdum, quod tamen rarius, per  
 naufragia ad nostra litora transnatant.

Legum. *Cassie Fistulæ* vulgo *Cassie-Rör*.

Nux reniformis *Anacardii occidentalis*.

Pom. *Cucurbitæ lagenariæ* vulgo *Calabasser*.

Legum. *Mimosæ scandentis*. Norv. *Lösningsteene*, *Bue-  
steene*

*steene, Söetræ-nödder.* In insul. Færøensib.  
*Vette-nyrer.* Luc. Debes.

*Piscidia erythrina.* Linn. Lobus peregrinus cartilagineus.  
*Clus. exot. p. 66.* Faba indica & ameri-  
cana. *Worm. mus. p. 198.* Norv. *orme-*  
*steene.*

Drup. *Cocos nucifera.* Norv. *Ege-nödder,* sed alias vul-  
go *Cocos-nödder.*

CAP. III.

M E D I C A.

§. XIV.

Medicamenta, quæ Pharmacop<sup>œ</sup>is *Simplicia* audi-  
unt, è terris nostris, ut vulgaria omittam, ad exte-  
ros & transportantur, & magna satis in copia trans-  
portari queunt, quorum nonnulla tantum exempla  
adferam.

*Gentianæ rubra* (*Gentianæ luteæ* Linn.) Radix non tan-  
tum in Norvegia australiore, sed &  
in alpe Budalensi & in Grötten Roms-  
daliæ.

*Angelicæ sativæ* (*Angelicæ Archangelicæ* Linn.) Radix in  
alpibus juxta rivulos & fontes vulga-  
tissima, nec non in insulis.

*Chamæmorus* (*Rubus Chamæmorus* Linn.) in paludibus  
cespitosis frequentissima. *Rob. f. Bacca con-*  
*ditæ* quovis anno ut *remedium summe hu-*  
*mectans* exportantur, non solum pro men-  
sarum acetariis, verum etiam pro Phar-  
macopolis medicis.

*Linnæa borealis* sæpe copiosissima in sylvis acerosis anti-  
quissimis ad officinas *Havnienses* abundanter  
transmittitur.

*Myrtus brabantica* (*Myrica Gale* Linn.) juxta paludes vulgatissima.

*Rhodiæ* (*Rhodiolæ rosæ* Linn.) radix in siccis alpinis frequens.

*Muscus islandicus* (*Lichen islandicus* Linn.) in sylvis acerosis siccissimis & sterilissimis copiosus, novissimis hisce temporibus in Pharmacopæas pro *Hecticis* est introductus.

§. XV.

MEDICA quod attingit, illa conterraneorum meorum *Euporista*, omnibus extra Norvegiam haud communiter familiaria, leviter tantum percurrere volo, bene gnarus præstantissima, quibus Ars nostra jam nobilitata splendet, medicamenta ab ejusmodi gentibus fuisse detecta, quæ eadem longâ experientiâ comprobante optatos sæpenumero effectus produxisse observaverint, igiturque inter Arcana per diu habuerint, donec per ora volitando sensim sensimque detecta Medicorum in manus pervenerint, e. gr.

*Verbasci* (*Verbasci nigri* Linn.) Radix contra *Phtbysin boum* a Söndmöris adhibetur. *Ström. söndm. 133.*

*Cicuta*. (*Cicuta virosa* Linn.) Radicem contusam rustici & alii contra *dolores Arthriticos* externe applicant. *Gunn. fl. norv. 27.*

*Alfine media*. Herba recens inter duos lapides vulgo contunditur, & *Furunculis* imponitur, immo etiam ob egregiam suam vim antiphlogisticam s. refrigerantem pone aures applicatur in *morbis oculorum inflammatoriis*. *Gunn. fl. norv. 70.*

*Tamarix germanica*. Decoctum hujus fruticis contra *Scabiem* adhibent Dalenses, unde & ab iisdem *Klaavedd* dicitur. D. Henrici. *Gunn. fl. norv. 61.*

- Ros Solis.** (*Drosera rotundifolia* Linn.) Viscus foliorum *Serpigini* & *Ophthalmicæ* tempore verno ungitur. *Ström. sônd. 85.*
- Lilium Convallium.** (*Convallaria majalis* Linn.) Flores foliis *Salviæ* plerumque admisti in pulvere nasali contra *Coryzam* adhibent *Nidrosienses*. *Gunn. fl. norv. 67.*
- Rumex crispus.** Radix contra *Scabiem*, non tantum externe a *Tranôensibus* applicatur, sed & in Decocto propinatur, quod etiam in *Ictero* valet. *Gunn. fl. norv. 23.*
- Laureola.** (*Daphne Mezereum* Linn.) Corticem externe contra *Spasmos* applicant *Dalenses*, & ex cortice *Baccisque* unguentum in *ulceribus Cacoëthicis* parant. *Gunn. fl. norv. 18.*
- Pyrola uniflora.** Folia masticata aut infusa contra *Ophthalmiam* imponuntur. *Gunn. fl. norv. 54.*
- Saxifraga Cotyledon.** Decoctum foliorum in *Phtisi* tam hominum quam boum *Dalenses* & *Rudalenses* propinant. *Gunn. fl. norv. 12.*
- Cucubalus Beben.** Flores rustici externe applicant contra *Herpetem*, & *Ischiadici* Decocto Visco albo permisto utuntur *Gunn. fl. norv. 9.*
- Sedum minus.** (*Sedum acre* Linn.) Decoctum cum lacte vel *Cerevisia* paratum *Scorbuticis* inservit. *Gunn. fl. norv. 60.* & *Ol. Borrichius in usu Plantar. indigenar. in Medicina pag. 54.* ita scribit: Medicum castrensem Profess. *Lundinensem* nomine *Below* hujus herbæ Decocto in *Cerevisia* quædam millia hominum contra *Scorbutum* sanasse. *Ström. sôndm. 125.*

- Ranunculus acris.** Petala loco vesicatorii in *Epiphora* & *Arthritide* usurpantur. *Gunn. fl. norv. 62.*
- Serpyllum.** (*Thymus Serpyllum* Linn.) Vulgus Decoctum contra *Erysipelas* ~~San~~ *capitis* adhibet. *Gunn. fl. norv. 81.*
- Linaria.** (*Antirrhinum Linaria* Linn.) Admodum diuretica *Hydropicis* succurrit; externe vero abdomini applicatur in *Stranguria*. *Gunn. fl. norv. 89.*
- Linnaea borealis.** Herba ut specificum usurpatur in Infuso vel Fotu vel Fumo contra *Febrem scarlatinam* & alia *Exanthemata* singulari effectu. *Gunn. fl. norv. 37.* *Nobiliss. Dn. Praeses* duos singulares casus communicavit, quibus duo homines ultra dimidium annum lecto detenti à *doloribus ischiadicis* intra triduum Decocto hujus saturatissimo sani facti sunt, sed a Decocto hausto obdormivère per sedecim vel viginti horas.
- Bursa pastoris.** (*Thlaspi Bursa pastoris* Linn.) Succus experimento plebis *vulnera* sanat. *Gunn. fl. norv. 95.*
- Hypericum.** (*Hypericum perforatum* Linn.) Oleum Florum infusum *margini vulnerum* illinitur. *Gunn. fl. norv. 88.*
- Carduus heterophyllus.** Succus foliorum expressus *Vulneribus* bono cum successu instillatur. *Ström. sōndm. 79.*
- Millefolium.** (*Achillea Millefolium* Linn.) Infusum vel Decoctum contra *Hæmoptysin*, *Hæmorrhoides* & præcipue *Rheumatismum* a rusticis propinatur. *Gunn. fl. norv. 71.*
- Abies.** (*Pinus Abies* Linn.) Turiones assati vel contriti *Ambustis* imponuntur. *Gunn. norv. 26.*

Hippophaë *Rhamnoides*. Pro Decocto lignorum diuretico à rusticis nonnullis paratur. *Gunn. fl. norv. 10.*

Rhodia. (*Rhodiola rosea* Linn.) Radicis Decocto lavant *Crines*, ut prolixiores fiant. *Gunn. fl. norv. 49.*

Lichen *parietinus*. Manipulum hujus vel & Lichenis *candelarii* cum uno lactis sextario (en Pott) per quadrantem horæ sub operculo coquunt *Bedstadienses*, & cyathum murrhinum Decocti probe decolati mane & vesperi contra *Ictericum* hauriunt singulari effectu. *Gunn. fl. norv. 75.*

Lichen *Vulpinus*. Occidit *Lupos*, qui eo solo aliquibus in provinciis sunt extirpati. *Ström, Söndm. 103.*

### §. XVI.

*Lepra* vulgo *Elephantiasis* est morbus per totum orbem apud maris accolæ valde frequens, hinc & in Norvegia. Causam hujus morbi Medicis ad nostra usque tempora summe obscuram *Dn. Martin* e *Norvegia* redux in *Act. Reg. Acad. Sc. Holmens. 1760.* primus descripsit. Deinde *Reverend. Dn. Ström* in *Descript. Söndm.* unanimi piscatorum consensu idem asserit, nempe *Lepram* istam a *Gordio marino* (Norv. *Queise*) qui in piscium marinorum & præsertim in *Clupeæ Harengi* visceribus copiosissime habitat, vere ac unice provenire. De hac re conf. ult. *D. D. Uddmanni Dissert. de Lepra p. 11. sq.* Causa jam detecta Medicis quidem via sanandi patet, sed nihilominus tamen summa illorum ingenia exercentur, usque dum *Vermiculum* istum vitæ tenacissimum, sine ulla humani corporis noxa, interimere & expellere valuerint. Problematicè propono *Spirit. mercurial. Swietenii*, quem patriæ redditus

probare, & si optatus exinde sequetur effectus, Publico deinceps communicare non recusabo.

§. XVII.



Alius morbus Medicis quoque ratione causæ vulgo incognitus est *Colica Lapponum*, quæ in *Fl. Lapponic. Nob. Dn. Præsidis* sub nomine *Hotme* s. *Ullem* describitur. Hæc Lapponibus, qui aquas rivulorum & fontium ex Alpibus defluentes copiose bibunt, dirissima creans symptomata oritur, ut *Actor. Taurinens. Tom. I. testatur*, ex parvula quadam *Fasciola nigra*, quæ a *Fasciola hepatica* aliquantisper differt, & in rivulis alpinis passim habitat. Tutissimum in hoc morbo remedium *Solutio Murie* sine dubio erit, quum Sal citissime vermiculum istum occidat.

COROLLARIUM DE GUNNERA.

Ad ultimum intactam relinquere nec possum nec debeo Plantam quandam rarissimam *Promontorii Capitis Bonæ Spei*, quam *Nob. Dn. Præsides* in memoriam *Reverendiss. Episcopi Gunneri*, qui sub polo nostro arctico *Historiam Naturalem* in clarissimam lucem produxit, nomine *GUNNERA perperisa* nuperrime salutavit. Hæc planta a paucissimis visa jam primum in *ed. XII. S. N.* ob particularem fructificationis structuram ad certum suum & determinatum genus referri potuit.

*Genus* in *Mantissa plantar. p. 16. n. 1272.* perfecte descriptum occurrit, & in eo a reliquis differt, quod *Calycem* vel *Covollam* non habeat, sed *Germen* ovatum undique more *Xanthii* vestitum sit *crusta* quasi *calycina*, cujus apex *duobus mucronibus* terminatur, inter quos *duo* tenerrimi *stylis* prominent: illud vero, quod summam cujuslibet Botanici meretur attentionem, in eo consistit, quod *stamina* *opposite in medio Crustæ geminis*,



nis, & non inter mucrones corticis sedeant, ut sequens figura  ostendit. Hac in re quaedam cum *Chara* intheram ad balus panicula s.  racemo proxime accedit ad *Fraxini excelsioris* thyrsum, & nullo modo cum familia *Bliti*, nec facile cum aliquo ordine naturali comparari potest, quapropter & hoc genus ab omnibus reliquis generibus cognitis ita distinctum evadit, ut alias quodpiam etiamnum notum genus. *Habitus plantæ* nec minimam quoque cum ullo ordine naturali similitudinem habet; nam *Folia radicalia, cordato-orbiculata, denticulata, trinervata. Caulis elongatus nudus, & Racemus compositus floribus omnino nudis s. & perianthio & Corolla destitutis,* nunquam in aliis vegetabilibus dantur. *Classem* quoque hujus plantæ constituere valde difficile est, quum *stamina ad latera germinis* sedeant, ut, an flos sit superus an inferus, vere non dixeris; nihilominus tamen ad *Classem Gynandriæ Diandriæ* retulit *Nob. Dn. Præses.*

*Descriptio plantæ* etiam in eadem *Mantissa* p. 121. habetur cum synonymis. *Hermanni* nomen est *Petasites*, quia habet *folium Tussilaginis* respectu magnitudinis & figuræ, vel potius *folium Calthæ*, nec tomentosum ut in *Tussilagine*, nec tam glabrum ut in *Caltha*, sed *trinervatum* ut in *Lappa* & *Petasitide*. *Figura Plukenetii tab. 18. f. 2.* alias unica, hoc vitii habet, quod folium nimis parvum; caulis non nudus; & racemus distichus sit, quum tamen racemulos sparsos habeat. *Radix*, teste *Hermann*o, crassa & flavescens. *Locus* in subhumidis. An saporrem et odorem habeat, plane ignoramus.



## Mein Freund!

Dem Begriff zufolge, welchen vernünftige Geschöpfe von dem selbständigen Wesen haben, ist nichts in der Welt ohne Nutzen herfürgebracht, ob uns gleich wegen der engen Gränzen unsers Verstandes vieler Dinge Nutzen verborgen ist. Sie, mein Freund, haben sich vorgenommen nicht nur allein die rareste und nützlichste Dinge im menschlichen Leben, mit welchen Ihres geliebtes Vaterland von dem Höchsten versehen ist, vorzustellen; sondern auch die Gelehrte von Ihren verdienstesten und preiswürdigsten Landskräften, welche auf Erfindung und Erklärung der selben und Zuwachs der Naturalhistorie gearbeitet haben und annoch arbeiten, in Ihrer Gradual Dissertation anzuzeigen. Dieses giebt mir Anleitung zu gestehen, daß dieses Ihr Unternehmen nicht allein rühmlich und Ihren Einsichten in der Naturalhistorie und Artzneywissenschaft gemäß ist, sondern auch alle Ihnen verbindlich macht. Als Freund nehme ich hievon erwünschten Antheil, und bezeige öffentlich die reineste Freude über den Zuwachs Ihres verdienten Ruhmes. Der Himmel vermehre Ihre Tage mit einer langen Reihe von Jahren, dabey aber vollkommen Gesundheit, auf daß Ihr geliebtes Vaterland reichen Nutzen von Ihnen, in der Kräuter und Artzney Wissenschaft, reifen Einsichten einträndten möge. Mir wird es auch ungemein angenehm seyn, wenn Sie mir stets einen Platz unter Ihren Freunden einräumen, denn niemand kan mit mehrerem Gründe der Wahrheit und Aufrichtigkeit, als ich, sich nennen

Ihren getreuesten Freund  
**MATWEI APHONIN.**  
Rußischer Edelmann

Upsala, d. 31 Januarii  
1768.

---

### *Medicinæ Licentiaten Höglärde och Vidtförfarne.*

**S**å gick då Nordan fiells och vårda Floras åra,  
Du trampar väl den väg, som ganska få ha gått,  
Men sök Gunneri stig och fölg Linnæi lära,  
Så får Du vist den lön, som Floras Mån ha fått;  
Du pryder Norjes fjäll; Du bygger Flora hus;  
Som i Din födslo bygd en oblid Himmel känner;  
Du är Apollos Man; blif i Ditt Land et ljus;  
Men glöm ej räkna mig bland Dina Svånska Vänner.

JOH. SALBERG.

✻   ✻   ✻